

PHILIPPVS A MAVGIS AVSTRIACAE CVRIA
Præses.



Philipus ex nobili familia Maugiorum natus, à pueris optimis præceptoribus committitur, qui ipsum in bonis literis & omnibus uirtutibus diligenter educarunt. Is etiam præceptorum monita admisit, & talem se exhibuit, ut optimis uiris annumeraretur. Itaque postea omnium consensu præpositus Hertzogburgensis electus est. Eam dignitatem cum magna prudentia & animi moderatione suscepisset & administraret, Ferdinandus rex & Austriae Archidux Anno post nativitatem Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Philippum, aetate non prudentia iuuenem, ex multis alijs elegit, quem summo Curiaæ Austriacæ senatui & regimini præficeret. Vnde Philippus prouinciam sibi commissam magna dexteritate assumpsit, & ut Vienæ summa æquitate omnia peragerentur, instituit: literarum etiam se se unicum ornamentum & Mecœnatem præsttit. Itaque dignus mihi uifus, qui uiris illustribus Germaniæ inseratur. Vu. Lazius libro tertio rerum Vienensem,